



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 23. ad tex. com. 75. In qua ea, quæ ea, quæ ab Auerroë de
intellectu traduntur, explicantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

quo ea ratiocinatur & existimat, ad hunc intellectū ab Anaxogore intellectū separandum fuit additum, aut alterum ad hūc, alterum ad phantasmā, alterum ad proximē superiora verba, alterum ad textum 17. referenda sunt. Obiterque adnotandum, dānam Aristoteli ad intellectum, non ad sentientem vllam virtutem, pertinere. Quippe intellectum ait & *ἁγιώτατος & ἀσπαστατος*, ratiocinari & existimare.

Postremo cū intellectus natura potestate quadā constare dicitur, quoniam id ex antea dictis concluditur, talique potestas intelligenda est, qualis fuit demonstrata: aliqui sensus quoque ad sensilia potestas est. Itaque duo addenda sunt. Alterum, esse potestatem ad omnia. Alterum, esse potestatem impatiibilem, que suscipiendoq. laeso & corrupto organo, quo ille vititur. Intellectū hunc patibilem appellamus, quod solam, nudam & infornem intellectus naturam significet potestate ad omnia, aptāq. ab omnibus pati ac perfici: singulorum scilicet cognitione, velut intellectū illi forma suscepta.

DIGRESSIO XXIII.

In qua ea, que ab Auerroē hoc loco de intellectu traduntur, explicantur & examinantur.

PRolongam hoc loco prater consuetudinem de intellectu natura Digressionem instituit Auerroēs. Quae cū contineat multa non veritati modo & Aristoteli repugnantia, verum etiam prater communem hominum omnium existimationem, omnino pratermittenda non sunt: ne (quod haecenus permultis accidit) incauto lectori, homini fortasse plus a quo tribuenti, imponant. Quod eo minus molestē ferre illi debebunt, qui eius se discipulos ac sectatores profitentur, quo veritatis magis fuerint amatores. Cum presertim in hac ipsa disputatione grauissimos viderim ex Grecis viros, Alexandrum ac Themistium, atque ex Arabibus Abupacher & Auempace ab Auerroē reprehensos. Duo autem mihi facienda sunt. Primū, vt totam ea in hominem animaduersio planior citatā instēque suscepta intelligatur, vniuersam eius perobscuram & longam digressionem quanta maxima potero breuitate ac perspicuitate comprehendam. Tum quae in ea minus bene fuerint dicta, quāque ob causas, adnotabo.

BREVIS ET PLANA
*totius Digressionis Auerrois
 comprehensio.*

AVerroēs igitur postquam inter materiam & intellectum patibilem, quem Aristoteles naturam aliam nullā, quā potestatis cuiuspiam, habere definit, isq. materialem appellat, differentias quasdam exposuisset, de quibus superius dixi: tres deinceps de intellectu natura quaestiones disputat. Primam, num intellectus in habitu, quem speculatiuum vocat, sit aeternus nec ne. Alteram de

vnitate atque aeternitate intellectus patibilis, an vnus numero sit & aeternus in hominibus omnibus, an plures & mortales. Tertiam, cum hic ipse intellectus ens quodpiam sit, cur nec materia sit nec forma.

A prima quaestione orsus, Theophrasti ac Themistij opinionem commemorat; intellectum in habitu nil esse aliud, quā intellectum agentem actiūtem eum, qui patibilis dicitur; seu duorum horum vnionem & conjunctionem. Quare cum illorum vterque ingenerabilis sit, incorruptibilis & aeternus, eiusmodi quoque eum esse, qui ex illis efficitur. Quod si obijcias, quidquid sit, in tempore ac de nouo fieri neque posse intellectum hunc aeternum esse, si ex duobus illis efficiatur. Respondetur, non verē ac proprie, sed per similitudinem agens & factum in intellectu nominari: nilque aliud esse intellectum in habitu, quā patibilis perfectionem per agentem atque vtriusque concursum. Si rursus queratur, qui fiat, vt hic intellectus, eum sit aeternus in nobis tamen non semper intelligat; sed quandoque intelligat & quandoque non intelligat: Causa est, inquit, initio intellectus patibilis; qui cū sit potestate, intelligere actu semper non potest: alioqui agens apertus semper esset agere. Intellectum porro in habitu duplici illo intellectu, agente & patibili, constare; duplici item argumento affirmarunt. Tum quod ille intellectus duabus rebus absoluitur, separatione formatū a materia; quia intellectuales actu sunt; & earum susceptione comprehensionēque. Illud agentis, hoc patientis intellectus est. Tum quod horum vtrumque, prestare intellectus in habitu potest quando voluerit: eoque melius, quo perfectior fuerit. Quare cū agentis alterum, alterum patientis intellectus propriū sit, nil aliud is fuerit, quā horum compositio.

Tribus autem modis aduersus hanc sententiam argumentatur Auerroēs. Primū; quod Aristoteli aduersatur, qui ita dixit intellectuale actu sese habere ad intellectum patibilem, vt sensibile se habet ad sensum. Quare cū sensibile actu generabile sit, intellectuale actu aeternum non erit: & ideo nec intellectus in habitu. Deinde quoniam si intelligere actu sit aeternum; id etiam, quod intellectum est, aeternum fuerit. Quare ipsamet sensibiles formae essent actu intellectuales, immateriales extra animam, & aeternae. Postremo quia intellectus perinde se habet ad phantasmata, ac sensus ad sensilia. Et vt sensus non sentit, nisi sensibile praesens; ita nec intelligit intellectus, nisi adsint phantasmata. Si igitur intellectus actu aeternus est, erunt & phantasmata: ergo & phantasia: ergo & sensus sensibilesque ac re ipsa sensibiles. Tandem vero pro Theophrasto ac Themistio videtur rursus argumentari. Primū; intellectus agens est aeternus & patiens aeternus, ergo is quoque, qui ex illis sit, necesse est sit aeternus. Deinde si is generabilis sit & corruptibilis, quo modo intellectalia producit & intellectiones, quae sunt abstractae.

Alteram mox de intellectu vnitate quaestionem introducens (siue aduersus Themistium disputans, qui vnā in omnibus humanam animam assererat: siue illud impugnans, intellectū materialem aeternum esse: siue quod vnitatem numericam credens a materia nasci, quae corruptionis item principium est, & ideo quod est aeternum, esse vnū numero, quodq. numero multiplex, corruptibile arbitratu, quaestionem hanc de vnitate cum antecedenti de

De intellectu aeternitate.

De intellectu vnitate.

incorruptibilitate connexam esse putavit: præfertim cum intellectum Philosophus iam incorporeum & cum materia non permittum esse probauerit. Primum utramque partem disputat. Ac vnum quidem non esse ostendit: quoniam primus hominis actus, ut ex animæ definitione intelligitur, est intellectus patibilis; vltimus autem intellectus in habitu. At hic generalis est & corruptibilis, & ideo multiplex atque in singulis diuersus (non enim eadem est Socratis & Platonis scientia) necesse igitur est patibilem item esse multiplicem. Tum quia nisi ita esset, tu esses homo per esse meum, & ego per esse tuum. Ex quo tria sequerentur absurda. Primum, homines essentia non distingui. Alterum, hominem esse eius antequam sit: siquidem intellectus & primus eius actus in alijs esset hominibus, priusquam is gigneretur. Eodemque modo esse postquam perisset: quoniam intellectus in alijs hominibus esset superstes. Tertium, hominem non esse generabilem & corruptibilem, ut homo est, sed solum ut animal est. Tum quia ut primo actu multiplicato multiplicatur postremus, sic contra multiplicato hoc multiplicari illi oportet. Præterea si vnus esset omnium intellectus, vna esset intellectio: quare cum ego addisco quidpiam aut obliuiscor, tu quoque ac ceteri homines cunctis addicerent idem vel obliuiscerentur. Tum vero his omnibus autoritatem opponit Aristotelis, qui in tex. 3. intellectum dixit non esse hoc, id est indiuiduum, singulare, neque corpus, neque virtutem in corpore.

Deinde aliorum sententias hac de re commemorans, Alexandri primum deinde Abubacher & Auempace opinionem adfert. Alexander, ut extat in 1. eius de anima lib. patibilem intellectum multiplicem esse, ortui atque interitui obnoxium, non minus quam reliquas animæ virtutes credidit. Atque ex elementorum (licet meliore quadam & diuiniore) permissione ac temperatione in hominibus singulis alium, atque alium existere eâque dissoluta perire. Quam sententiam tum Aristotelis testimonio cõfutat, qui intellectum hunc separabilem, inorganicum, simplicem, impabilem, & cum corpore impermissum dicit. Tum eiusdem demonstratione, qua in tex. 4. impermissum & impabilem esse ostendit. Et quoniam hæc omnia de aptitudine quadam & præparatione ad intellectibilia suscipienda, non de subiecto ac natura apta & præparata, interpretabatur Alexander: interpretationem eam impugnat. Nam si ita interpretaris, eadem ipsa de omni præparatione dici possunt; eam inquam non esse corpus, nec virtutem corpoream; esseque impermissam, & impabilem. Cur ergo de intellectu specialiter hæc dixit Philosophus; quidue illius proprium declarauit? Deinde propositio illa, omne recipiens carere debet eo, quod recepturum est; enuntiarum de præparatione non potest. Quoniam præparatio, cum delinat esse, vbi quidpiam receptum est; non recipit, sed recipientis cuiuspiam ac permanentis subiecti accidens est: intellectus autem permanet intellectibiles formas recipiens. Addit, non esse corpus formamque corpoream, duobus modis accipi posse. Primum de intellectibilibus subiecto, quod est patibilis intellectus. Deinde de potestate priuatione materiae. Tum de prima materia. Postremo de substantijs à materia prorsus abstractis. Erratque Alexander, quid, quod ab Aristotele de horum primo dictum est, de secundo accepit. Sed eum inquit duas ob causas in sententiam illam inductum

fuisse. Tum, ut difficultates eas vitaret, quæ intellectus vnitate suadere videbantur: minus quam ab absurdum iudicium corruptibilem facere, quam vnum. Tum propter animæ definitionem inuoluntariam, quæ animabus omnibus synonyma videtur. Nam si intellectus & actus corporis; imperabilis igitur ab eo est: siquidem actus & forma imperabilis ab eo est, cuius est actus & forma. Vnde hæc Alexandri rationem confutat. Primum quoniam in tex. 11. lib. 2. post eam definitionem propositam actum est, etiam omnes animæ actus primi sunt actus me corporis, quodam tamen abstractam esse præparatam, ut à nauis nauam. Deinde neque definitionem eam esse synonymam: Immo rationem materiae ac ceteris homonymia esse affirmat.

Abubacher autem & Auempace patibilem intellectum nil aliud, quam phantasia, esse putant, quatenus apta est ut illius phantasia, quæ potest stare intellectibilia sunt, actu intellectibilia sunt. Hoc ut absurdum vitarent, quæ Alexandri opinio conueniuntur: id scilicet quod intellectibiles formas recipit, corpus esse ex elementis constans. Nam si hoc esset, eadem foret illarum formarum essentia, quæ extra animam exilit: Nempe materialis & corporea. Quare anima nequaquam cognosceret; si hæc materia. Tum vero etiam intellectus esset organicus, sicut sensus; cum tamen, ut in tex. 92. lib. 2. dicitur, ne fingi quidem possit, quamquam corporum parte contineatur. Quocirca ad Alexandri sententiam conuersus, impugnat id, quod patibilem intellectum & sensum ex elementorum permissione constare diceret. Namque tum ex sola elementorum natura vis cognoscens nasci non potest. Quippe si prima actus, intellectus, inde oritur, postremus quoque intellectus & intellectibilibus forma, quæ sine materia materialis est, oritur, sicut oriuntur color & sapor. Tum verò hæc opinio in materiale causam referre cuncta videtur, nec efficientem agnosceret; si quæ præparauerunt, qui omnia causa euenire dixerunt. Hinc Arabum opinionem reuerus tribus eam modis refutat. Primum, phantasmata ad patibilem intellectum penitus se habent, atque ad sensum sensibilem motum non ut mota. Non sunt igitur ipsa patibilis intellectus; neque facultatis aut dispositionis in intellectu locum habent, sed objecti. Secundo, si phantasia esset motum, cum illud ipsum moueat intellectum, idem esset mouens & motum, recipiens & receptum, idemque seipsum reciperet. Tertio si patibilis intellectus phantasia esset phantasmatis prædita, in materia non esset, quemadmodum Aristoteles definiuit, ut omnia posset recipere.

Hanc igitur Philosophi de intellectu sententiam statuit Aueroes. Intellectum informem plane naturam esse. Circa quæ tres illas, quas in initio dixi, quæ homines excitat. Primam de intellectu habitu æternitate. Alteram, qui possit patibilis intellectus in hominibus omnibus esse vnus; cuius, qui est habitus, pro indiuiduorum numero multiplex sit. Tertiam Theophrasti, quæ ex Aristotelis verbis concludere videbatur patibilem intellectum primam esse materiam. Intellectus recipit intellectibilia; ens igitur quoddam est. Non forma, quia materia potius esse. Et ideo neque compositum quidpiam: ergo prima materia. Quod tamen abstrahendum videtur: tum quia materia vim cognoscendi non habet: tum quia intellectum hunc Aristoteles à materia solum & abstractum esse voluit.

Atque ad hanc primam questionem præterea respondet. Etiam intellectus agens & patiens sunt eadem.

Alexan.
de op.
no.

Auer.
de con.
substantio.

intellectum tamen habitu æternum nõ esse: quoniã intellectio & intellectus forma à duplici principio p̄det, ab intellectu & obiecto, scilicet phantasmate: sicut & sensio à sentiente facultate externõq. obiecto sensili. Intellectusq. sanẽ æternus esse, phantasia, & phantasma corruptibilia. Quare cũ intellectio sine obiecto esse nequeat, p̄sertim vera (siquidẽ veritas ex obiecto petitur) æternã intellectiõnẽ nõ esse, nec intellectus formas. Hinc erroris Arabũ causã subnotauit, quod phantasma interdũ sit actũ intellectũ, interdũ potestate. Quoniã enim subiectũ aptũ recipere aliquando actũ recipit, aliquando est ad recipiendũ potestate, recipiẽt illi propositionẽ esse putauerunt, & quidquid interdum est actũ, interdũ potestate, subiectũ recipiens esse concluderunt: phantasmãq. nõ vt mouens, sed vt subiectũ recipiẽs esse.

Cũ tamen agentia quoq. & mouentia ad agendũ & mouendũ eodẽ sese habeant modo. Et vniuersẽ in tex. 34. lib. 2. Phys. omnia causalũ genera in actũ & potestãtẽ diuisa fuerint: Porro inter phantasma comparatione intellectus coloremque cõparatione aspectus proportionẽ maximã obseruare potuissent. Vt enim color est obiectũ mouẽs aspectũ, non subiectũ recipiens, sic & phantasma est ad intellectũ. Et vt colore aspectũ non mouet, nisi lumine aspectabilis actũ fiat, qui sine lumine potestate erat: sic phantasma patibile intellectũ nõ mouet, nisi vbi actũ intellectũle factũ fuerit, cum potestate esset. Hæc est causa, cur in tex. 18. posuerit Philosophus intellectũ agentẽ, quẽ perinde ad phantasma potestate intellectũle habere se dixit, ac lumen ad colorem potestate aspectabilẽ. Quocirca vt id, quod à colore actũ perficitur, non est color potestate, sed aspectus: ita id, quod ab actũ intellectũli, non est phantasma intellectũle potestate, sed intellectus patibilis. Itaq. hic est vt aspectus, phantasma vt color, intellectus agens vt lumen. Et vt in aspectũ color non est prima perfectio; sed aspectus, qui à colore moueri potest: ita in intellectu perfectio prima non est phantasma, sed patibilis intellectus qui à phantasmate mouetur. Quare si intellectus habitu corruptibilis est, phantasmatis culpa est, non patibilis intellectus. Atq. ad argumentum antea factum; Agens & patiens sunt æterna, ergo quod ex illis fit, æternum est; consequens id esse ait, quando illa sunt totales & integrẽ illius effectus causã. At hic practer illa adest phantasma corruptionis causã.

Hinc ad alterã quæstionem accedẽs, quomodo patibilis intellectus vnus sit & æternus in hominibus omnibus; cũm is, qui est habitu, multiplex & corruptibilis existat: principio vt inque disputat atq. in re difficili & obliuata veritatẽ querit. Primum probat vnitãtẽ: quia si multiplex esset, materialis, & corporeus esset, & ideo intellectũle potestate: neq. vt subiectũ recipiens intellectiõnem, sed vt obiectũ mouens; nõ secus ac phantasma. Aut si recipiens quoq. dicitur esse, idẽ fierit recipiens & receptũ, idẽq. seipsũ recipit. Et quidẽ vt singulare quiddã & diuiduũ, nihilq. à sensus receptione discrepabit; nec inter formã in intellectu & extra intellectũ intererit quidquam; si vtraq. materialis sit & singularis.

Deindẽ adducit argumenta quibus non esse vnũ ostendat. Primum quia si patibilis intellectus esset vnus, vnusitẽ esset is, qui est habitu aut actũ. Quare si quis hominũ addidit quidpiã, simul omnes addiscerent, idẽq. intelligerent & ignorarent, recorderentur & obliuiscerentur. Intellecta namq. in actũ

A suscipiuntur in nobis per intellectũ patibilem, sicut sensiones per sensũ. Quare si is sit vnus, vna quoq. fuerit intellectio. Quod perinde consequens est, siue is intellectus per materiale aliquã dispositionẽ, siue vt Auerroẽs credit per phantasia, siue alio quouis modo nobis coniungatur. Alterũ; quoniã si intellectus esset vnus; corpus cuius ille primus & actus esset vnũ: Siquidẽ vnus motoris eodẽ tempore non nisi vnũ est instrumentũ. Nã plura, quẽ sint eiusdem generis, supertuacanea forent & inutilia; cũ finis instrumento vnico possit attingi. Postremõ Philosophũ adducit testẽ, qui celestibus omnibus orbibus non vnã, sed tot omnino, quot sunt orbes, motrices intelligentias adiunxit: absurdum iudicans vnã plures orbes mouere.

B His ita pro vtraq. parte disputatis sententiã statuit suã. Primum autẽ accipit hominẽ nõ intelligere actũ, nisi quia vnitur illi intellectus in actũ, hoc est intellectũli forma. Quid enim aliud est intelligere, quã suscipere & comprehendere atq. vnire sibi rei intellectã formã? Quare vt in ceteris ex materia & forma fit vnũ, sic ex intellectu patibili formãq. intellectũli effici ait vnũ, immo magis, quã in ceteris. Quoniã in ceteris id, quod fit, diuersũ est à partibus, ex quibus fit; cõpositũ in quã à materia & forma. Siquidem ea nõ satis perfectẽ vnuntur; neq. materia fit forma, nec forma euadit materia: sed vtraq. naturã suã & ab altera distinctionem retinet, ambaq. alio quid tertiuũ faciunt. At in intellectu & in intellectũli perfectã existit vnio atq. identitas. Quia intellectũle in intelligentẽ penitus transformatur & fit intellectus, atq. intellectus rursũ fit intellectũle. Vnde Aristotelis illud, Anima intelligendo si omnia. Deindẽ duobus modis addit intellectũle formã vnũ homini posse: aut intellectus patibilis interuentu, aut phantasmatis ab agente intellectu illustrati. Tũ per intellectũ patibile ostendit vnũ nõ posse: quoniã multiplicari eũ iuxta hominũ ac rerũ intellectũli numerũ oporteret. Quod fieri minimẽ posse, cõplura ostendunt absurda, quã deducta fuerunt. Et ideo dicitur id fieri per vnionẽ phantasmæ ac phantasmatis, quod velut formæ ac mouẽtis locũ habet, proq. rerũ & hominum multitudine multiplex est. Itaq. puerũ accipit duobus modis intelligentẽ potestate dici posse. Aut quod phantasmata potestate intellectũli sint, aut quod intellectus patibilis formã intellectũle actũ factã potest recipere, nec dũ actũ recipit. quẽ distinctio eo pertinet, vt si actũ intelligim⁹, nõ patibilis intellectus interuentu, sed phantasmatis, quod actũ fit intellectũle, potestate quoq. intelligentes dicamur potius, quod insunt in nobis phantasmata potestate intellectũlia, quã propter intellectũ potentẽ intelligere. Alterũ quoq. adiungit, intellectũ patibile hanc, si cũ ceteris animẽ virtutibus cõparetur, homonymẽ actũ & perfectiõnẽ corporis esse. Quoniã materialis nõ est, nec hærens corpori, vt Alexander credit formãq. reliquæ ac partes animæ sunt: sed immaterialis, abstractus, & separatus: quod ex tex. 11. lib. 2. confirmat, Phantasia autẽ ceteris simile esse atq. eũ illis synonymẽ actũ. Idcirco intellectũ multiplicatũ nõ esse, nec generabile & corruptibile, sed vnũ & æternũ; phantasia verõ multiplicatã, generabile & corruptibile. Neq. per intellectũ, sed per phantasia phantasmate formatã vnũ nobis intellectũle actũ formã. Quia in re phantasma est vt mouẽs, & intellectus agens facit, vt actũ mouere queat, ac demũ intellectus patibilis motionem

C quid tertiuũ faciunt. At in intellectu & in intellectũli perfectã existit vnio atq. identitas. Quia intellectũle in intelligentẽ penitus transformatur & fit intellectus, atq. intellectus rursũ fit intellectũle. Vnde Aristotelis illud, Anima intelligendo si omnia. Deindẽ duobus modis addit intellectũle formã vnũ homini posse: aut intellectus patibilis interuentu, aut phantasmatis ab agente intellectu illustrati. Tũ per intellectũ patibile ostendit vnũ nõ posse: quoniã multiplicari eũ iuxta hominũ ac rerũ intellectũli numerũ oporteret. Quod fieri minimẽ posse, cõplura ostendunt absurda, quã deducta fuerunt. Et ideo dicitur id fieri per vnionẽ phantasmæ ac phantasmatis, quod velut formæ ac mouẽtis locũ habet, proq. rerũ & hominum multitudine multiplex est. Itaq. puerũ accipit duobus modis intelligentẽ potestate dici posse. Aut quod phantasmata potestate intellectũli sint, aut quod intellectus patibilis formã intellectũle actũ factã potest recipere, nec dũ actũ recipit. quẽ distinctio eo pertinet, vt si actũ intelligim⁹, nõ patibilis intellectus interuentu, sed phantasmatis, quod actũ fit intellectũle, potestate quoq. intelligentes dicamur potius, quod insunt in nobis phantasmata potestate intellectũlia, quã propter intellectũ potentẽ intelligere. Alterũ quoq. adiungit, intellectũ patibile hanc, si cũ ceteris animẽ virtutibus cõparetur, homonymẽ actũ & perfectiõnẽ corporis esse. Quoniã materialis nõ est, nec hærens corpori, vt Alexander credit formãq. reliquæ ac partes animæ sunt: sed immaterialis, abstractus, & separatus: quod ex tex. 11. lib. 2. confirmat, Phantasia autẽ ceteris simile esse atq. eũ illis synonymẽ actũ. Idcirco intellectũ multiplicatũ nõ esse, nec generabile & corruptibile, sed vnũ & æternũ; phantasia verõ multiplicatã, generabile & corruptibile. Neq. per intellectũ, sed per phantasia phantasmate formatã vnũ nobis intellectũle actũ formã. Quia in re phantasma est vt mouẽs, & intellectus agens facit, vt actũ mouere queat, ac demũ intellectus patibilis motionem

D ostendit vnũ nõ posse: quoniã multiplicari eũ iuxta hominũ ac rerũ intellectũli numerũ oporteret. Quod fieri minimẽ posse, cõplura ostendunt absurda, quã deducta fuerunt. Et ideo dicitur id fieri per vnionẽ phantasmæ ac phantasmatis, quod velut formæ ac mouẽtis locũ habet, proq. rerũ & hominum multitudine multiplex est. Itaq. puerũ accipit duobus modis intelligentẽ potestate dici posse. Aut quod phantasmata potestate intellectũli sint, aut quod intellectus patibilis formã intellectũle actũ factã potest recipere, nec dũ actũ recipit. quẽ distinctio eo pertinet, vt si actũ intelligim⁹, nõ patibilis intellectus interuentu, sed phantasmatis, quod actũ fit intellectũle, potestate quoq. intelligentes dicamur potius, quod insunt in nobis phantasmata potestate intellectũlia, quã propter intellectũ potentẽ intelligere. Alterũ quoq. adiungit, intellectũ patibile hanc, si cũ ceteris animẽ virtutibus cõparetur, homonymẽ actũ & perfectiõnẽ corporis esse. Quoniã materialis nõ est, nec hærens corpori, vt Alexander credit formãq. reliquæ ac partes animæ sunt: sed immaterialis, abstractus, & separatus: quod ex tex. 11. lib. 2. confirmat, Phantasia autẽ ceteris simile esse atq. eũ illis synonymẽ actũ. Idcirco intellectũ multiplicatũ nõ esse, nec generabile & corruptibile, sed vnũ & æternũ; phantasia verõ multiplicatã, generabile & corruptibile. Neq. per intellectũ, sed per phantasia phantasmate formatã vnũ nobis intellectũle actũ formã. Quia in re phantasma est vt mouẽs, & intellectus agens facit, vt actũ mouere queat, ac demũ intellectus patibilis motionem

E ostendit vnũ nõ posse: quoniã multiplicari eũ iuxta hominũ ac rerũ intellectũli numerũ oporteret. Quod fieri minimẽ posse, cõplura ostendunt absurda, quã deducta fuerunt. Et ideo dicitur id fieri per vnionẽ phantasmæ ac phantasmatis, quod velut formæ ac mouẽtis locũ habet, proq. rerũ & hominum multitudine multiplex est. Itaq. puerũ accipit duobus modis intelligentẽ potestate dici posse. Aut quod phantasmata potestate intellectũli sint, aut quod intellectus patibilis formã intellectũle actũ factã potest recipere, nec dũ actũ recipit. quẽ distinctio eo pertinet, vt si actũ intelligim⁹, nõ patibilis intellectus interuentu, sed phantasmatis, quod actũ fit intellectũle, potestate quoq. intelligentes dicamur potius, quod insunt in nobis phantasmata potestate intellectũlia, quã propter intellectũ potentẽ intelligere. Alterũ quoq. adiungit, intellectũ patibile hanc, si cũ ceteris animẽ virtutibus cõparetur, homonymẽ actũ & perfectiõnẽ corporis esse. Quoniã materialis nõ est, nec hærens corpori, vt Alexander credit formãq. reliquæ ac partes animæ sunt: sed immaterialis, abstractus, & separatus: quod ex tex. 11. lib. 2. confirmat, Phantasia autẽ ceteris simile esse atq. eũ illis synonymẽ actũ. Idcirco intellectũ multiplicatũ nõ esse, nec generabile & corruptibile, sed vnũ & æternũ; phantasia verõ multiplicatã, generabile & corruptibile. Neq. per intellectũ, sed per phantasia phantasmate formatã vnũ nobis intellectũle actũ formã. Quia in re phantasma est vt mouẽs, & intellectus agens facit, vt actũ mouere queat, ac demũ intellectus patibilis motionem

atq. intellectū formā suscipit. Vterq. sanē hic intellectus, vt aeternus, sic aptus semper est, alter facere, alter suscipere intellectu actu. At quonia non semper adest, phantasma, quod intellectu actu fiat, propterea nec intelligimus semper, nec intellectu intellectuque habitu aeterna sunt, vt intellectus agens & patibilis.

Hinc explicat quid ipse à Themistij opinione dissentiat. Duae enim partes illas, agentē & patibilē, illā velut formā, hāc vt materiam, in intellectu inesse cōsentit. Sed cū Themistius intellectu habitu nil aliud in quibus esse, quā agentis vnionē cum patiente, duas solū illas partes poneret: tertiū ipse intellectū ab vtroq. diuersū addit quod is partim sit aeternus & vnus, partim corruptibilis & multiplex. Aeternus quidē & vnus, quia cū intellectu patibilis in omnibus vnus sit, humanāq. species aeterna, phantasmatis quibusdā omnibus reb⁹ cōmunibus nūquā caret: hęcq. ipsa secundū speciem aeterna nimirū sunt. Quō fit, vt prima principia rerūq. vniuersae notiones aeternae sint ac semper intelligantur. Corruptibilis autē & multiplex, vt cū singulis hominib⁹ eorūq. particularibus phantasmatis, quae multa sunt & corruptibilia, cōparatur. Itaq. mediū quasi esse inter aeternū & corruptibile. Quonia vtraq. eius causa, tū aeterna & vna, tū corruptibilis & multiplex esse videtur: intellectus in quā & phantasma, vt vel in specie vniuersa, vel in singulis hominibus consideratur. Idē de intellectu dici vult: corruptibile eā in hoc aut illo homine esse, aeternā in tota specie. Quonia multi semper sūt qui intelligant, etsi multi alij cessent. Ideō Philosophia quoq. & scientia sunt aeterna, nō secus ac artes. Quia etsi alicubi gentium fortasse nulla sint, alibi tamen vigēt. Atq. vt hic quidē homo & hic equus perit, at nō simpliciter tota eorū species; ita in scientijs quoq. & artibus res habet. Intellectus enim agens & patibilis aeterni sunt; illēq. semper agit intellectu actu, hic semper recipit, licet nō in eodē indiuiduo. Ita interpretatur illud primi libri tex. 66. intelligere & cōtemplari alio intus corrupto cōtabelicit; ipsū vero incorruptibile est. Et illud huius lib. 3. r. 20. hoc quidem impatibile est, passiuus autē intellectus corruptibilis est, & sine hoc nihil intelligit. Quōd enim intus corrumpitur passiuūq. intellectu; phantasia exposcit: qua corrupta, perit in hominibus singulis intellectus; at nō simpliciter. Tandē hoc tū Platonis testimonio confirmat, qui vniuersalia dixit aeterna, & in rebus extra animā. Nā etsi falsū sit, ea esse extra animam, verū tamen est esse aeterna. Quare tū aeterna sunt per se cōsiderata, tū in rebus corruptibilia. Tū verō quia sermones probabiles nunquā sūt omni ex parte falsi: itaq. vtraq. opinio quadā ex parte debet esse vera; tū quae immortalē, tum quae mortalē animā asserit. Sic enim & Philosophi & leges cōsentiri, Est autē vtraq. vera, si per se immortalē, in singulis mortalē dicam.

*Ve intellectu
nec materia
nec forma*

Iā verō ad tertiā quāstionē, si intellectus vnus est, qui fieri potest, vt nec materia sit nec forma: hęc est responsio. Vt in sensibili genere dantur materia & forma; sic in intellectibus quidpiam & materia, & aliud formae simile: materiae similis est intellectus patibilis, formae agens. Omninoq. sunt quatuor entium genera; materia & forma sensibiles, ac rursū materia & forma intellectuales. Quāquā addit diuisionē hanc intellectibus in potentatē & actū, & in aliquid materiae & aliquid formae simile; nō in humano solū intellectu locū habere; sed etiā in abstracto quouis, qui aliud intelligat: hoc est in intellectu omni praeter

primum, qui seipsū solum & nihil extra se intelligit. Nam si in ceteris praeter supremum potentatē aliquid non esset; & aliquid vt materia, & aliud vt forma, aliquid vt potentas, aliud vt actus: nulla in illis esset multitudo. Quia vt in materialibus materiae, sic in immaterialibus potentas, quae materiae sunt, velut intellectuales materiae multitudinis causa est: si ab illis potentatem tollas, solus superent actus intelligentiaq. omnes fuerint: eq. perfectior. Si autē actū demas, sola remanet potentas, solūq. patibilis intellectus. Sola igitur intelligentia prima est: purus potentatē omnis atq. cōpositionis expers: huius actū & potentatē cōstantes; actū cōparationē sui ipsius, potentatē ad alia. His humanis actibus intellectus, qui sola constat potentatē ad omnia, huius manus & diuinus velut duo extrema sunt: alter potentatē totus, alter totus actus: inter vtrūq. medium intercedit reliquarū intelligentiarū intellectu actū partim actū, partim potentatē. Quare vt intellectu nostri naturam ignorantes, ab abstractarū potentatē gentiarum conditionē cognoscere non possunt: sic potentatē hac ignorata, quae in immaterialibus est vt materia, multitudinē in illis non intelligunt. Quā ob causā Algazel fortasse & sectatores recentiorū nomine peccasse tradit, dū omnes celestes res ab vna dixerunt intelligentiam moueri: sed negantes, quod in 12. Metaph. libro ab Aristotele demonstratum; tot esse intelligentias abstractas, quae sunt celestes orbis ab illis moti. Quae propter potentatē de anima ad primā Philosophia conicit necessitā esse: vt ex intellectu nostri, qui potentatē de cognitione, intelligentiarū naturā, quae actū & potentatē constat, cognoscamus, indeque etiam eorum multitudinem colligamus.

Verū in intellectu nostro patibilis persistens, quā inquit res materiales intellexit, agens quoque intellectum intelligit. Cognitione siquidem materialū disponitur ac perficitur ad immaterialia respicienda. Neq. haec cognitio materialium cognitio non est, immo robustiorē intellectu ad exquirēda intelligenda facit. Hunc igitur intelligentiū actū statuit. Primum cognoscit materialia, quae illa phantasia proponuntur. Deinde agentē intellectu qui fecit intellectu actu. Tū demū in materialibus actū ipsis perfectissimē inluit. Vnde propositio est: Omne recipiens carere debet eo, quod receptum est, non absolute intelligenda esse interpretari: nihil omnino debere esse actū, vt Alexander voluit. Sed non esse actū illud ipsum, quod receptum est. Sic enim patibilis intellectus, dū ab agente ac materialibus rebus diuersus est, velut intellectum nōnū formatū materia, recipere omnes potest, & intelligere. Propterea docet, quomodo intellectu agēs tū ad patibile se habeat, tū ad res materiales intelligendas. Ad intellectu patibile se habere vtrūq. perpicuū: ad res materiales vsq. perpicuū ad colores. Vt enim perpicuū lux, sic intellectus agens patibile perfectio est. Et vt color non est actus, ita intellectus neq. colorē mouet, nisi perpicuū illuminatū: ita nec res materiales actu intellectuales sunt, nec patibile intellectu mouent, ab agente illuminatū & perficiantur. Sed & lumen colores & intellectus agens materiales res facit actū, vbi videri debet intelligi possint. Quocirca in principio, antequam res materiales intellexerimus scientiarūq. cognitiones nobis comparauerimus, intellectus agens ad patibilem se habet, vt illuminans, & vere vtrūq. patibile quod nomen ipsum significat. Postquam vero

Dante

paribilis intellectus scientijs fuerit ac Philosophia excultus & perfectus, tum demum agens vnitur illi vt forma: fitque ex ambobus intellectus ille, quem is adeptum appellat.

His omnibus absolutis obiectionibus antea positis respondet. Hæc autem sunt. Si vnus esset intellectus, idem intelligerent omnes vel ignorarent, aut obliuiscerentur. Sin autem non esset vnus, intellectilia item essent diuersa numero, specie eadem. Quare speciei esset species, & intellectilis intellectile; hocque infinitum. Ac rursum præceptor docens produceret in discipulo scientiam; non secus ac ignis, ignem alium eiusdem speciei gignit. Quod si ita esset, speciei esset species in infinitum. Deinde scientia immateriales sunt, nec numero multiplicabiles. Hæc omnia respondet ex eo diluit, quod dictum est, intellectum habitu esse vnum & plures; vnus, quia est vnus patibilis: plures, comparatione phantasmatum ac rerum, quæ intelligenda proponuntur; hominumque singulorum, in quibus est. Quod si vt est vnus intellectus, sic vnus esset phantasma, eademque res intellecta, maiorem argumenta vim haberent. Nunc autem horum multitudo diuersitatem ac multitudinẽ intellectiõis adfert.

Responsionem porro ab Auempace allatam, intellectum partim esse vnum, quia vnus est agens; partim plures, quia plures sunt ij, qui sunt habitus; propterea reprehendit; quia cum quaeritur, num intellectus sit vnus, non est homonyma quaestio, sed de vno & eodẽ intellectu quaeritur: ipse vero quasi ad homonymam diuersos commemorando intellectus respondit. Nam si quaestio esset homonyma, neq. de intellectu eodem proponeretur; esset plane sophistica, nec digna, quæ in disputatione vosaretur.

Demum ex his aliam etiam ait quaestionem dissolui, an intellectus sit separatus & extrinsecus adueniens, an cum materia coherens. Ostensum quippe est intellectum habitu partim separabilem esse, partim inseparabilem: separabilem ab hoc & illo homine, inseparabilem ab vniuersa specie: patibilem verò & agentem essentia separabiles, actione inseparabiles esse.

IVSTA IN AVERROEM

animaduerso.

Hæc sunt, quæ Aueroës hoc loco tradidit. In quibus tota illa intellectus vnitas assertio aut principio illo nititur, aut reciproce cum eo connexa est; quo is eum credit formam hominis esse, non formantem & dantem esse speciei; sed velut intelligentiam quandam infusam vniuersæ speciei humane assistentem ad eam operationem, quæ est intellectio: vt nauam gubernandæ nauis, superioremque intelligentias celestibus mouendis orbibus. Formantem autem & dantem esse formam sentientem esse animam quandam mortalem, singulorum hominũ propriam; quam alijs in locis cogitatuam appellauit.

Iraque propositionibus hæc tota illius sententia continetur. Intelligentem animam immaterialem esse & per se subsistentem; ingenerabilem & incorruptibilem; separabilem & æternam; assistentem hominis formam, non formantem. Definitionem animæ conuenire illi homonymi. Atque cum numerica multitudinis principium & causa sit materia; animam hanc non esse pro hominum numero multiplicatam, sed vnã & eandem in omnibus. In ea ipsa duplicem intellectum contineri; patibi-

lem vnũ, agentem alterum: vtrumque immaterialem, inorganicum, ingenerabilem, incorruptibilem, æternũ, & in omnibus hominibus vnũ. Intellectiõẽ ex duplici pòdere principio; tũ ex phantasmate, velut mouente ac proponente obiectũ intellectile potestate, tum ex intellectu, tanquã faciente intellectile actũ & illud in se recipiente. Ex parte intellectus vnã esse & æternã; ex parte phantasmatum multiplicem, diuersã & contrariã, generabilem & corruptibilem. Patiẽtem intellectum esse potestate ad omnia & velut materiã; agẽtem esse actũ & vt formã. Eos duobus modis vniri: vt agens & patiens, atq. ita intellectum habitu fieri: & vt formã & materiã, sicq. intellectum adeptum existeri. In intelligentijs quoq. actum & potestatem reperiri, solũque primum intellectum esse actum purum. Hunc seipsum solum cognoscere, illas tum seipsas, tum extra se alia. Quæ omnia in eius disgressionẽ aperitissimẽ habentur.

Verũ Christianis Philosophis præcipitur in generali Lateranensi Concilio sub Leone 10. sess. 5. vt dum Philosophiam proficentes atq. interpretantes in eius incidenti Philosophorum opiniones, quæ veritissimæ ac certissimæ religionis nostræ decretis aduersantur, eas omnino confutent falsasq. esse demostrent: etiã quæ ab illarũ auctoribus argumenta proponuntur, infirmet ac diluat. Eorũq. non solũ reprehenditur, sed & damnatur oratio, qui vt eius, quem profitentur, & in cuius verba iurarunt (quos verè Galenus seruos appellare cõsuevit) Philosophi auctoritatem tueantur, dicere non verentur, quidpiam esse naturæ lumine ex veritate Philosophia verum, non item diuino fidei lumine reuelato: aut id, quod ex religionis nostræ decretis sancitum est, naturæ lumine fallum esse cõcludi. Quali verò horum alterum alteri aduersetur, possitq. verum vero esse contrarium, aut vtraq. contradictionis pars simul consistere: aut demiq. deus, qui tum naturalis, tum reuelati luminis auctor est & largitor, mēiri ac pugnacia loqui. Cũ enim fidei nostræ lumine quidpiam decernitur, si naturæ lumẽ verãq. Philosophia, quæ illo nititur, secus suadeat, alterum mēiri necesse est. At nec mēiri prima veritas potest, neq. illi repugnare naturæ lumen, quod ad verum cognoscendum fuit nobis ab eadem ipsa tributũ. Itaq. cogor hic tãtis per subfiliere ac diutius fortasse, quam cõmentarij ratio pateretur: dum ea primum statuo, quæ de anima nostra ita proponit vera atq. ab omni erroris labe purgata Philosophia, vt de illis dubitare sit nefas. Deinde ad eorum normã ac regulã ea examino, quæ ab Aueroë tradita sunt.

Ea sunt. Humanam animã immaterialem est substantiam à Deo solo ex nulla præiacente materia productam. Esse humani corporis formantem & essentialẽ formã pro corporũ numero multiplicatã, singulas singulorum hominum proprias. Non fuisse aliquo tempore ante corpus, sed in corpore opportunè disposito primum creati. Neq. cũ eo interire, sed immortalem separari atq. subsistentem in æuũ omne subsistere. Libertate in agendo frui. Atq. a corpore salutẽ sempiterna promeritis præmia vel supplicia reportare. Separatã à corpore alium habere operandi modũ. Post tamen Deo iubente rursum eidem corpori vniendã esse, nec vnquam ab eo amplius dissoluendam. Ac demum quæ ad vltimum finem & felicitatem suã consequendam necessitã fuit, ea non nisi munere Dei singulari cognoscere illam aut exequi posse.

GGGG

Christi
ani dicitur
sophia
mentis

Vera
sentia
humana
natura